



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri  
tres**

**Baptista <Mantuanus>**

**Dauentrie, 1515**

Q[uo]d virt[us] q[ue] bonum vi[rum] facit. incrementu[m] accipit ab  
aduer[sis] c.xvii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30534**

## Libet Secundus

**Q**uod virtus. que bonuz viruz facit. incre-  
mentum accipit ab aduersis. **Ca. xvij**

**U**elz hoc loco audire nō pigeat, et q̄ sint in paciētia fruct⁹ as-  
liquātis per meū p̄seruari. Quid ē quod hoīes ī primis nō  
cordati tm̄ veruz etiā rudes et plebei mirātur et laudant, virt⁹ nem-  
pe. Nā inter terrena bona nihil ē certe virtute p̄stanti⁹, imo terrena  
bona sic p̄cellit, tāto interuallo aŋgreditur, vt coelestib⁹ bonis cō-  
ferat, hinc illd̄ satyrici. Egregiuz sanctūq; viz si cerno, bimēbri.  
Hoc mōstruz puero, aut admirāti iūb aratro. Discib⁹ inuentis, aut  
forte cōparo mule. At qz virtutuz quedā ad intellectuz pertinet vt  
prudētia, sciētīe, et artes liberales, ac mōchanice, q̄dam ad appetitū  
vt iusticia, tēperantia, fortitudo, dic iudicio tuo: Que nā istaz p̄-  
ferūtur, z p̄stāt: certe que intellect⁹ sunt bonis ac malis cōmunes  
sunt, Uidem⁹ ei aliqñ mox corruptissimoz homīnez p̄stare inge-  
nio, liberaliuz artū locos callere, legū enigmata et nodos scire, natu-  
rales et theologicas q̄stiones soluere de om̄ibus ita differere, vt deuz  
credas. Sūt nanq; artes et sciētīe gratie (vt aiunt) gratis date bo-  
nis et malis expositę, suapte natura quidez honorabiles (vt Aristo-  
teles inq̄t in libro de anima) sed vsuz malū admittētes, et propterea  
nōnunq; habenti noxię, nō habenti viles, multi em̄ disciplinis im-  
buti, sed male vtētes, tāto magis perniciosi sunt, quāto ad nocendū  
veniūt magis armati, at iusticiā, tēperātiā, charitatez, modestiā  
patiētiā, et id̄ gen⁹ alia nō nisi in bonis videmus, neq; eis quisquaz  
abuti potest. Habēt enī istę vtutes sanctissime ppriam et indissol-  
ubilē bonitatez, quaz eis q̄buscum habitāt largiūtur, z ipaz natura  
est bonos efficere, Apulei sn̄a est, nihil esse Deo simili⁹, quā vir ani-  
mo p̄fectus, id̄ aut̄ maxime p̄stāt hę virtutes, quas mortales vos  
cant, sn̄a est Aristotelis, et eā omniuz confirmat opinio, p̄ virtutes  
intellectuales bonū quidez non simpliciter, sed scdm̄ quid dici, vnde  
et q̄ grammatīcā habet, nō bonum simpliciter dicis, sed cum addito  
bonuz grāmaticuz, sicut et q̄ caute furari sciat, bonū fures, at q̄ iustus

## Libet Secundus.

etiam ac temperantiam habeat, quae sunt in appetitu, bonum sine addito, et simpliciter dicimus. His ergo virtutibus tanquam solidis, quibusdam claris et firmis adminiculis naturam fragilem deus fulciuit, ut mox bonitatem quam secus non attulit, hauriret ab eis, Sed neque ipsas virtutes natura produxit. Aristoteles enim ait in Ethicis, neque a natura, neque praeter naturam inesse virtutes. esse nos quidem a natura aptos, perfici autem per exercitium, Id Aristotelis dictum generum omnium virtutum amplectitur, exercitium enim omnes paratur. At de his peculiariter quae in appetitu sunt in Psalmo cantantur. Ibunt de virtute in virtute, et videbit deus deorum in Syon, proprius istarum est in deum ducere, deum ostendere Deo coniungere. At quae in intellectu sunt, naturalem impotentiam ad hoc habent. Et hinc argumentum trahunt, qui in certaminibus scholasticis sumunt patrocinium voluntatis. Sunt enim in anima duo, duarum capita factionum, intellectus scilicet et voluntas, quibus de praesidentia certamen antiquum est. Quoniam ergo haec virtutes, quae alijs praesident in infirmitate corporis maxime pollent, dicente apostolo. Vir in infirmitate proficit ut desiderabilis sit morbus, quo cum apostolo dicere possumus. Cum infirmus, tunc fortior sum, et itera. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me gratia Christi. Suscipiendus ergo gratanter est morbus, in quo est occasio tanti profectus, in quo est praesentis tanta oportunitas, tanta usus, tanta comoditas. Unde in psalmo legitur. Multae multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, Quid est postea accelerauerunt, nisi ad deum celeriter cucurrerunt. Est ergo infirmitas hominis, quod calcare quod stimulum boui, quod remus naui. Nobis ut plurimum accidit, quod et in melle. Iumenta tamen in via cibum reperiunt, voluptate pellecta, trahere desinunt, et pastui tantum inhaerent, quod diu bibulci stigma non sentiunt, tunc demum, accelerant cum verberantur tunc viam accingunt, tum itineri instant, cum nihil quod delectet occurrit. Nam dum non nisi in termino quod eremum expectant, gressu citatius desudant. At qui sepius in via quod tardat, offendit, ad viam finem serius pertingit. Deum quot inuenies qui diu mundi blanditijs quasi Sirenum cantibus detenti, tunc tandem ire

## Libet Secundus

Incipiunt; cum iam mortis nocte ingruente vita inuita venit ad vesperam. Isti postquam totum vite tempus, quod Dei beneficio ad beneuendum accooperant, per ignauiam et securitatem effluxit, dum frustra vixisse se vident, moerore tabescunt, in desperatione cadunt, submerguntur et pereunt.

Quia prosperitas fit inimica virtuti cum declaratione dextere et sinistrae partis in coelo. per Aristotelem. et Pythagoram.

**M**aliorum mortalium pars cum corpore recte valz, mente ¶ Ca. xviii egrotat, cum succi et spirituum plena sunt membra, mens Deo vacua friget et torquet, dum sensuum viuacitas in terra se pascit egre conscientie Deus non sapit, dum appetitui voluntas inheret, ratio ebriata Deum non videt, dum homo Dei muneribus abutitur iumentis insipientibus comparat. Propterea in psalmo dicitur, impinguatus, dilatus, incrassatus, et recalcitrauit. Immoderata namque prosperitas vite lasciuienti prebet audaciam, pisciculorum quidam marinum quod naues teneat vocat. Echeneis (quod portoria Antonij nauem bello Actiaco foecit immobiles) prosperitatis naturam ostendit. hac enim sicut illo naues, magna virorum ingenia, ne in portibus salutis per viam virtutis veniant retardantur. Ratione colligimus, in historijs legimus, experimeto videmus, cum maiore moris periculo nauis in mari tranquillo quam tempestuoso. Ideoque in psalmo dicitur. Cedant a latere tuo mille, et decem milia a dextris tuis. eo quod dicitur a dextris decem milia cadere, et a latere tantum mille. latus pro sinistro accipitur, ac si dicat Moyses cui Hebrei psalmus attribuunt, homini utriusque casura pericula, sed a dextris longe plura. Sicut enim teste Aristotele in libro de coelo et mundo. Anterior vocatur qua sensus viget retro, quod e regione est. Sursum quod longitudinis est caput, ei retro oppositum deorsum, sic qua motus incipit dextere, et quod ab eo diuersum est, sinistra appellatur. Unde ipse Aristoteles contra Pythagoricos dextram mundi dat orienti, sinistram occasui, sursum Austro, deorsum Boree, ante huic nostro hemisphero, alteri retro, haec autem tetigimus, ut per latus ostendamus legimus intelligi. Sed in mystica interpretatione quae